

tes scribant, quod dominus manum extendit, & cum tetigit, dicens: Volo, munda e. Homo, non est a lepra mundatus, nisi quando Dominus dixit: Volo, munda e, & tamen Evangelista prius dicit, quod Dominus eum tetigit, ergo quamvis totum fuerit simul, prius salutem secundum aliquod instans, tetigit; & postea dixit: Volo, munda e. Mandatum autem legis nullum habebat locum in Christo Domino, cum ipse esset supremus Dominus legis; & ob alias quamplurimas rationes sequenti quaestione dandas. Immo, leprosum tangere, ut notavi superiori num. cum Abulen. & Toler. ad medicinam, sanitatem, ac miraculum; opus erat valde laudabile, & magnae charitatis, ac pietatis, ut factum vidimus in Elisaeo, 4. Reg. 4. n. 35. Et si aliquis rudis, & indoctus aliud male volentem, hoc bonus Magister contemnebat, ut nostrae salutis, ac remedio consulere.

Christus D. ad nostram salutem, omnia contemnit.

45.

Euseb. Enchir. Origen.

Immunditia fugi ad conspectum puritatis carnis Christi.

Immunditia horret, & timee puritatem Christi carnis.

46.

Psal. 18. August. Ambros. Remig. Bruno. Incognit.

Ubi puritas, ibi caro Christi D. locum invenit.

D. Thom. Cantic. 4.

47. Chryso. Theophyl. Ambros. Albert. Mag. S. Thom.

legi non erat obnoxius, nec illa astringebatur, & ideo ut Dominus legis curat agrotum. Magnum documentum, Dominus & servus, quilibet optetur ut in ordine suo constitutus.

Secundo Tertullian. lib. 4. contra Marcion. 48. cap. 9. D. Chryso. & S. Ambrosius docent, quod lex prohibebat contactum leprosi ob contagionis periculum, ne scilicet tangens eodem morbo contaminaretur, cum autem hujusmodi periculum, nullum in Christo Domino haberet locum, sed potius, in salubris curationis leprosi certitudo erat, inde evidens prodibat, quod Christus Dominus leprosum tangens, non aliquid faciebat contra legem, sed potius ad mentem ipsius ciebat contra legem, sed potius ad mentem ipsius legis; quod efficaciter confirmo. Tangens mortuum, ita secundum legem immundus erat, ac leprosum tangens, ut patet ex dictis superiori quaestione in principio. At Elias, & Elisaeus tangentes mortuum 3. Reg. 17. n. 10. & 4. Reg. 4. n. 30. ad miraculum, & sanitatem, non reputati sunt immundi, nec iudicati sunt facere aliquid contra legem; ergo nec Christus Dominus tangens leprosum, ad miraculum, & sanitatem, aliquid contra legem faciebat.

Tertio. Ad offensionem verae carnis suae: non enim fictitia, & phantastica caro, veram, ac solidam sanitatem efficere poterat per contactum. Tertull. lib. 3. contra Marcion. cap. 8. Si enim tangendo, aliquem a vitio liberavit; vel tactus ab alicuius, quod corporaliter actum est; non potest vere procedit tactum credi, sine corporis ipsius veritate. Nihil solidum ab inani, nihil plenum a vacuo perfici licuit. Recte contra haereticum argumentatur, qui carnis Christi Domini veritatem negabat, quod tantum apparens, & fictitium est, nil solidum & firmum prestare potest. Ergo cum sanitas collata leproso proprie, & realiter esset existens, non a manibus imaginariis, sed a veris, & solidis processit.

Quarto. Tertullianus & Chryso. citati. Tangit hominem ad ostendendum, quod non tam corporis lepra, quam animae fugienda esset; liquidem haec, impedimentum ad virtutem ponit. Quinto Theophyl. Tangit Dominus, eo quod mundo nihil immundum sit. Sexto. Idem Theophylact. Eo quod sancta eius caro sanctificationem communicet. Ad ostendendum ergo sanctissimi corporis sui virtutem; quod sanctitatem, vitam, ac misericordiam sanavit; ut docent Victor. Antioch. in cap. 1. Marc. Beda Albert. Magn. & alij. Beda. Virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Septimo. Abulen. quae. 11. ut Judaei virtutem agnoscerent Christi Domini, si Dominus aliquos non tangeret, putarent, utpote malevoli, ac inimici, quod non sanabatur Christi Domini virtute, sed ex alia causa, vel etiam ex alterius virtute alioque circumstantia, ut ait Imperf. homil. 2. 1. Ergo ut eorum os comprimeretur, & Christi Domini virtutem agnoscerent, sanat tangendo.

Octavo. D. Ambrosius in Luc. Glossa Interlineal. D. Remigius. Factum est hoc ad benignitatem, ac Christi Domini humilitatem ostendendam; scilicet quia ita benignus erat, quod etiam infirmos, & immundos, ac leproso tangere non dedignabatur. Quos nos docet, nullum proximum radio, vel fastidio, nobis esse debere, quantumvis sit gravibus infirmitatibus detentus. Nono. Paschasius lib. 5. in Matth. ait, Extendit illi manum, quoniam ille languore recesserat, & nisi prius miseretur, &

QUESTIO VIII.

Quare Jesus leprosum tangat?

Hujus quaestiones multae sunt rationes, quas breviter perstringo. Primo, Chryso. som. homil. 26. Theophylactus, D. Ambros. in Luc. Albert. Magn. S. Thom. & alij dicunt, quod Christus D. leprosum tangit, quem Elisaeus non audeat tangere, sed mittit in fluenta Jordani. Elisaeus erat famulus, Christus Dominus

miseretur, ut extendere manum, hic nunquam redire, ac sanari possit. Per manum, Domini potentia denotatur, ac misericordia; & quia per peccatum homo se a Deo elongaverat, ideo necesse est, ut Dominus per gratiam suam manum extendat, ut ad se hominem advocet, & trahat; alioquin ipse homo nunquam redire, & sanari posset; & ut etiam nobis fiduciam ad ipsum accedendi daret, quamvis peccatis leprosi misericordiam inveniamus.

Deus fiduciam dat, ut ad eum accedamus.

52. Deus dat, plusquam peccatis.

Psal. 30.

Anastaf. Brunon. Incognit. Luc. 18.

Majora Dei dona, quam nostra postulata. Origen.

53.

Exod. 14.

Chromant. Chryso. Hieron. Rupert. Lyran. Abulen.

Dei dona, nostra vota excedunt.

Salvian.

quod est maximum, & rarissimum, dona illius etiam sua vota vicerunt.

QUESTIO IX.

Quare Dominus, dum leprosum sanat, ait: Volo, munda e?

Inter omnia miracula, quae operatus est Dominus, verbum volo, in hoc signo tantum appoluit, quod recte ponderat, & solvit Chryso. Chryso. hom. 26. Certe, tot signa, & talia operatus, nunquam hoc verbo usus refertur. Hic vero, ut de potestate sua opinionem, & leprosi firmaret, & populi, addidit, volo. Leprosus sanitatem postulans, in divinam voluntatem retulit negotium, Domine, si vis, potestatem me munda e. Ut ergo huic opinioni, quam leprosus de omnipotentia voluntatis suae conceperat, etiam corresponderet, ac veluti ea pignertus, miraculum edens, lacrimatissima voluntati suae, illud mirabili modo adscribit: S. Isidorus Pelusiotus lib. 8. & epist. 335. Leprosus, ut vellet aperire supplicaverat, perfectamque ipsi potentiam haud obscure attribuerat, sententiam ejus sua sententia confirmans, dixit, Volo, munda e.

Secundo D. Ambros. lib. 5. in Luc. ait, illud mirabile, quod eo sanavit genere, quo fuerat obsecratus. Mira, & admirabilis Dei Magnitudo, quae non solum dat homini sanitatem, verum etiam modum, & formam, quam ipse praescriperat, in largiendo servat. Leprosus sanitatem postulaverat Christi Domini voluntate interveniente: Si vis, potestatem me munda e. Modum autem, quo ipse postulat, integram corporis munditiam ei concedit, Volo, munda e. Tantam Domini benignitatem, quae in tribuendo non ipsa determinat modum, sed designatum ab exorante servet, merito mirabilem appellat Ambr. Hoc circa nostram fidem multis confirmat Abb. Charemon collat. 13. cap. 15. Largitas Dei, ait, secundum captivitatem humanae fidei, etiam ipsa formatur, ut huic scilicet Centurioni dicat, secundum fidem tuam fiat tibi, Matth. 8. & alteri: Matth. 8. Secundum fidem tuam fiat tibi, Matth. 15. & iterum, Vade sicut credidisti, fiat tibi, Marc. 10.

Saepe mihi ponderatione dignum visum est, quod pergens ad castra Assyriorum Judith, animo interficiendi Holofernem, ut ipsa antequam caput ejus abscinderet, orans dixit, Hoc quod credens, per te posse fieri cogitavi, perficiam, Judith. 13. n. 7. nec pugionem, nec gladium, nec aliud necis instrumentum secum asportet. Cur ad interfecionem inermis procedit, cur novaculam saltem, vel aliquid percutum ferrum simulato mulieris cultu tecum non defersit? Judith antequam in castra descenderet, largam orationem in jejunio, & celsico pro populi Israelitici defensione, ac Assyriorum dejectione effudit coram Domino, & inter caetera, sic Deum precata erat, Eae Domine, ut gladio proprio, ejus superbia amputetur, Judith. 9. n. 2. Ejus superbia, hoc est, caput ejus, ut explicant Hugo, & P. Celada: nobilis foemina valde confisa erat, & magnam conceperat spem, quod ejus oratio a Domino fuerat exaudita, & ideo secum ferrum asportare non curat, sed pro certo apud se statuerat, quod Dominus ipsummet Holofernis gladium ei ministraret, ad ejus propriam necem, ut ipsa petierat; ut ita, non solum illius caput in manibus ejus daretur,

54.

Magnus opinio, nis magnitudine pignetur.

55.

Dei nota, postulat, secundum modum quem desideramus.

Marc. 10.

Judith. 13.

Hugo.

Celada.

Et daretur,

Lycan.

daretur, verum etiam eo modo, ac glorioso triumpho, quo ipsamet petierat, ac exproverat, Lycan. U. gladio proprio, ejus superbia amputetur. Sic factum fuit postea, ut infra videbitur.

Matth. 8. n. 4. Et ait illi Iesus: Vade. nemini dixeris; sed vade, ostende te Sacerdoti, & offer munus, quod praecepit Moyses in testimonio illis.

VERSIONES.

Syriacus. Vide, ne ulli dixeris: sed abi, ostende te Sacerdotibus, & offer oblationem, sicut praecepit Moyses, ut sit eis in testimonium.

Vatablus. Offer munus, quod constituit Moyses.

Arias. Quod attribuit Moyses, in testimonio illis.

D. Gaudensius. Offer pro mundatione tua munus quod praecepit Moyses.

ALTER TEXTUS.

Marc. 1. n. 43. Et comminatus est ei, statimque eiecit illum.

Ibid. n. 44. Et dicit ei: Vade, nemini dixeris, sed vade, ostende te Principi Sacerdotum, & offer pro mundatione tua, quae praecepit Moyses in testimonio illis.

Ibid. num. 45. At ille egressus coepit praedicare, & diffamare sermonem.

Luca 6. n. 41. Et ipse praecepit illi, ut nemini diceret; sed vade, ostende te Sacerdoti, & offer pro mundatione tua: sicut praecepit Moyses in testimonio illis.

EXPOSITIO.

57. Alb. Magn.

RIA Dominus hic praeptra, ac documenta dat, ut notat Albertus Magnus. Primum, humilitatis, & cautela: Nemini dixeris. Secundum, divini cultus, & obedientiae: Ostende te Sacerdoti. Tertium, & Gratiarum actionis, & reverentiae: Offer munus. Singula explicemus. Ait illi Iesus, praeicipiendo dixit; ut ait Lucas, praecepit illi, seu, ut scribit Marcus, Comminatus est ei; id est, evero, & minaci vultu ei iussit, ut explicat Eu-

thymius. Nemini dixeris: hoc mandat ad fugiendam ostentationem, docetque virtutes celare, & vanam gloriam non ambire, & ideo ne ejus praesentia, multae acclamationes laudatoriae fierent, statim eiecit illum; ut notat D. Marc. ut magis miraculum esset occultum, at leprosus, ut ait idem Evangelista, Egressus coepit praedicare, & diffamare; quod communiter gratitudini tribuitur.

Secundo, ostende te Sacerdoti. Lex vetus erat, Levit. 13. quod ille, qui morbo lepra feodatus fuerat, si sanitati restitutus esset, quod mundorum communione non gauderet, nisi prius eum Sacerdos expiasset; ac eum mundum pronuntiasset. Et nota, quod huic leproso bis dicitur, Vade. Primum. Vade, nemini dixeris. Secundum: Vade, ostende te Sacerdoti. Leprosus peccatorem representabat, & ei dicitur, vade a peccatis tuis dolore, & contritione, propositoque, ut amplius ad illa non redeas. Et tunc vade ad Sacerdotes; in quibus legis gratiae ministri designabantur, ut ab illis absolvaris, & absolutus judicaris. Et ff. de munus. Leprosus pro mundatione sua agnum offerebat, vel si pauper, duos turtures, aut pullos columbarum, ut praeceptum a Moysse erat Levit. 14. n. 4.

In testimonio illis, scilicet Sacerdotibus. Relictis variis commentationibus, gemina, ac vera intelligentia est, ut tua praesentatio illis in testimonium triplex sit. Primum, quod leprosus de se ipso mandata dabat, & tunc inspectis, & visis ejus membris jam curatis, Sacerdotes in templo ministrantes, munus ab ipso accipiebant, quod pro illo in gratiarum actione offerebant. Secundum, quod Sacerdotes publicum testimonium de homine antea leproso jam sanato dabant, & certis caeremoniis in lege praescriptis, Levit. 14. auferentibus ejus irregularitatem legalem, & eum hominum conversationi, ac commercio restituebant. Tertium, & multum majoris ponderis. Jubeat Dominus ostendere Sacerdotibus in testimonium omnipotentiae, ac innocentiae suae, ut recognoscerent, quod miraculose leprosum sanabat, & quod legem non praevicabat, ut ipsi falsum calumniabantur, siquidem ejus legalia adimplere mandabat. Ita D. Hieronymus, D. Chrysof. stomus hom. 26. D. Paschasius lib. 5. in Matth. Albertus Magnus, S. Thomas, & alij.

QUESTIO X.

Quare Christus Dominus imperet leproso, ne miraculum factum manifestet?

QUANquam Euseb. Gallican. hom. in Dom. 3. post Epiphani. contendat, hoc miraculum in secreto, & semoto a turbis loco factum fuisse; communis tamen sententia est, videntem turba miraculum Dominum edidisse. Et plane ex Matthaei textu colligitur; ait enim: Cum descendisset de monte, secuta sunt eum turba multa. Cum ergo miraculum publicum, coram tanta multitudine, fuisset: cur Dominus illud leproso tacere, ac non divulgare, praecepit?

Primo Toler. in cap. 5. Luca. in annot. 24. in ea est sententia: Christum Dominum leproso mandasse, se, ne pro eo tempore miraculum publicasset, ut ita sine turba conflante facile ingrederetur civitatem, quam rationem colligit ex D. Marco 1. n. 45.

Marc. 1.

num. 45. dicens de leproso: At ille egressus coepit praedicare, & diffamare sermonem, ita ut jam non posset manifeste introire in civitatem, & ideo ait, quod tunc ante ingressum civitatis prohibuit publicationem, non vero posteaquam in civitatem ingressus esset. Ad haec ratio non multum efficax est: nam illa stante leprosus Domini mandatum non observavit; siquidem antequam Dominus civitatem intrasset, ille miraculum publicavit, ut ex Marco aperte colligitur, & tam omnes Patres, & Expositores, leprosum laudant, & ejus gratitudini attribuant, quod miraculum divulgaverit, ut infra quaest. ult. hujus capituli, videbitur; ergo hoc Domini praecceptum leprosus non violavit, ac proinde Dominus leprosum tacere mandavit, sicut & duos caecos, Matth. 9. n. 30. Qui Christi Domini nomen per totam regionem divulgaverunt, sicut & jussit resuscitatae puellae parentes tacere, Luc. 8. n. 56. ut ita manifestum fieret, quam alienus ab omni ostentatione esset.

Secundo, Aliqui, ut refert D. Chrysof. hom. 26. Sumi quidam, ait, qui opinantur, hoc eum praeterea jussisset, ne cui diceret, ne callide, ac versute agerent, scilicet Sacerdotes circa disputationem mundationis. Judicare de leprosi munditie ad Sacerdotes pertinebat, ut in expositione dixi; & cum Sacerdotes Christo Domino essent adversarii, ne callide, ac versute agerent se in judicatione munditiae hujus hominis, illius sanitatis agnoscentes auctorem esse Christum; ideo ei tacere mandat, in hac sententia est Maldonat. Merito tamen haec Chrysof. non placet. Nam hominis mundities, ita cunctis manifesta erat, ut nullus esset ambigendi locus. Deinde, leprosus silentium non servavit, & tamen Sacerdotum judicium rectum fuit, quod Christus Dominus significavit; nam ei dixit, ostende te Sacerdoti, tanquam de judicio futuro mundationis certus.

Respondet tertio D. Hieron. sic ait. Quid erat opus, ut leprosus jactaret, quod corpore praeserebat. Et Victor. Antioch. in cap. 1. Marci, ad illa verba, Nemini dixeris, sic ait. Non indigeo tua praedicatione, si enim morbus, quo laboras, me non praedicaverit, mundities tua nulla erit. Tanquam si dicant, praecepit Dominus leproso, ut taceat, quia ipsamet hominis mundities, ac miraculum praedicabat; frustra enim jactatur verba, nisi opera proclamerit. Quarto, Euseb. hom. in Dom. 3. post Epiphani. Praecipit ei, ut nemini dicat. Praedicare namque, & Dei miracula populis narrare, Sacerdotum est. Leprosus vero, etsi mundus sit, Sacerdos tamen fieri non debet: quoniam illi ad hoc officium eliguntur, ut Apostolus ait, qui sine crimine sunt. Homo iste, leprosus fuerat, quamvis jam mundus esset; ergo ex hac ratione, noluit ei Dominus officium praedicationis committere, quod proprium est Sacerdotum, qui enim alios docet, ipse irreprehensibilis appareat, ne verbum Dei contemnatur. Quinto Simon Cassian. lib. 5. c. 11. Ne insipientibus, ait, divulgatio divinarum per neophytos, aut quomodo in virtute novitios fiat, prohibet. Cum leprosus insipiens, ac novitius, absque magna exercitatione in Christi Domini schola esset, tanto praedicationis officio fungi, Dominus prohibet.

Sexto, D. Ambros. lib. 5. in Luc. Cur praecipitur nemini dicere, nisi tu doceret, non vulganda nostra beneficia, sed premeda: ut non solum a mercede abstineamus pecunia, sed etiam gratia. Eximiae magnificentiae, & liberalitatis est, in beneficiis praesylvera in Evang. Tom. 1. l.

63. Hieron. Antioch. Respondet tertio D. Hieron. sic ait. Quid erat opus, ut leprosus jactaret, quod corpore praeserebat. Et Victor. Antioch. in cap. 1. Marci, ad illa verba, Nemini dixeris, sic ait. Non indigeo tua praedicatione, si enim morbus, quo laboras, me non praedicaverit, mundities tua nulla erit. Tanquam si dicant, praecepit Dominus leproso, ut taceat, quia ipsamet hominis mundities, ac miraculum praedicabat; frustra enim jactatur verba, nisi opera proclamerit. Quarto, Euseb. hom. in Dom. 3. post Epiphani. Praecipit ei, ut nemini dicat. Praedicare namque, & Dei miracula populis narrare, Sacerdotum est. Leprosus vero, etsi mundus sit, Sacerdos tamen fieri non debet: quoniam illi ad hoc officium eliguntur, ut Apostolus ait, qui sine crimine sunt. Homo iste, leprosus fuerat, quamvis jam mundus esset; ergo ex hac ratione, noluit ei Dominus officium praedicationis committere, quod proprium est Sacerdotum, qui enim alios docet, ipse irreprehensibilis appareat, ne verbum Dei contemnatur. Quinto Simon Cassian. lib. 5. c. 11. Ne insipientibus, ait, divulgatio divinarum per neophytos, aut quomodo in virtute novitios fiat, prohibet. Cum leprosus insipiens, ac novitius, absque magna exercitatione in Christi Domini schola esset, tanto praedicationis officio fungi, Dominus prohibet.

64. Euseb. Praecipit ei, ut nemini dicat. Praedicare namque, & Dei miracula populis narrare, Sacerdotum est. Leprosus vero, etsi mundus sit, Sacerdos tamen fieri non debet: quoniam illi ad hoc officium eliguntur, ut Apostolus ait, qui sine crimine sunt. Homo iste, leprosus fuerat, quamvis jam mundus esset; ergo ex hac ratione, noluit ei Dominus officium praedicationis committere, quod proprium est Sacerdotum, qui enim alios docet, ipse irreprehensibilis appareat, ne verbum Dei contemnatur. Quinto Simon Cassian. lib. 5. c. 11. Ne insipientibus, ait, divulgatio divinarum per neophytos, aut quomodo in virtute novitios fiat, prohibet. Cum leprosus insipiens, ac novitius, absque magna exercitatione in Christi Domini schola esset, tanto praedicationis officio fungi, Dominus prohibet.

stis, non divulgatione affectare, sed potius silentium; tunc enim animi magnanimitas maxime declaratur, non solum aliena a retributione donorum temporalium, sed etiam a laudatoriae gratulationis exhibitione. Et ideo leproso mandat Dominus, vide supra c. 11. n. 25. & 26.

Septimo, idem D. Ambros. loco cit. Ait fortasse etiam illa silentii causa est imperati, quod meliores praebat, qui fide magis spontanea, quam qui speratis beneficiis credidissent. Quam etiam rationem hic D. Hilar. inculcat, Imponit Dominus leproso silentium, ne miraculum divulgaret, ac publicaret, ut hoc audito alij agrosset, etiam ad suavitatem quaerenda venient, & fidei meritum amitterent, si non sponte, sed miraculo impulsu ad Dominum accederent. Deinde noluit Dominus, testimonium ab illis quaeratis beneficiis credidissent.

Octavo, Descendebat Dominus de monte, in quo permulta, & alta documenta, docuerat opera nostra bona abscondere, ut patet toto c. 6. Matth. Ad exemplum ergo, praeclarum opus suum leproso concessum jubet silentio abscondi, ut his instruat. Praedicator in se adimplere ea, quae alios docet. Et haec sexta ratio mihi valde probabilis videtur, ut suos discipulos, quos lucet, ac doctores mundi constituerat, suo etiam exemplo informaret. Tamen quamvis haec omnes rationes sint optima quoad morales sensus, tamen quoad litteram, illud facit difficultatem, quod si aliquid probarent, in aliis miraculis, idem silentium etiam Dominus, praecipisset. Ad communem rationem veniamus.

Nondum, & communis ratio est, quam tradit Tertull. lib. 4. contra Marcion. c. 9. Quantum, ait, ad humana gloria aversionem pertinebat; vetuit Christus leprosum miraculum divulgare. D. Chrysof. hom. 96. Mundavit, ait, leprosum Dominus, & jussit eum nulli hoc fieri; dicens, quam esset alienus ab aura gloria, ac jactantia pompa. Et certe noverat, quod non esset ille taciturnus, tamen quantum in se est, fugit ostentare quod fecerat. Idem docent Origen. hom. 5. in diversos. Beda, Haymon, Thophyl. Beda. Euthym. Albert. Magn. S. Thom. & alij. Christus universonum Dominus, ita ab omni jactantiae specie alienus erat, ut potentiam, ac majestatem suam multis saepe occultare intentaverit, atque abscondere, ut suo exemplo ad omnem vanitatis speciem declinandam, nos instrueret.

Aderat Petrus in horto, de virtute sua, ac viribus vehementer confusus, irat auriculam servo Malcho amputaret, ut eum Christus Dominus reprimere, ait ei. An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum, Matth. 26. n. 53. Christus erat Dominus Angelorum, & ita in deserto Angeli accesserunt, & ministrabant ei. Cur ergo non ait, se posse duodecim legionibus Angelorum imperare, ut ibi indilate apparerent, sed tantum aperte ait, se posse a Patre eas postulare. recte ibi S. Thom. Quia videbat, ait, Petrum praesumentem, ideo dicit, Possum rogare Patrem meum, & non dicit, possum vocare, vel adducere. Decevit humilis magister suo exemplo, descriptum tumescere comprime, & ideo cum sit omnium Dominus, de se tanquam servus loquitur, cujus est, rogare, & non imperare.

Maxime enim Christus Dominus humilia appetit, ac omnem ostentationem fugit; magna consideratione dignum est, quod explicans Joannes in